DN. PETRVS
BARBOSA
DE SOLVTO
MATRIMONIO,

In Duos Tomos Diſtributus.

DN. PETRI BARBOSÆ LVSITANI,

IN SVPREMO PORTVGALIÆ SENATV CONSILIARII,
Et in Conimbricenſi Academia Iuris Cæſarei Primarij, ac emeriti Interpretis;

DE MATRIMONIO, ET PLVRIBVS ALIIS MATERIEBVS,

In Tit. ff. SOLVTO MATRIMONIO QVEMADMOD. DOS PET.
Magiſtrali Commentario explicatum incidentibus,

CVM ALLEGATIONIBVS DISTINCTIS, CARACTERVM VARIETATE, & diſcurſu ad ſingulas leges, ſectionibus bene ordinatis, lectoris ſubleuandi gratiâ excuſus,

TOMVS PRIMVS.

Acceſſit præterea duplex Index, alter Legum ex Profeſſo explicatarum; alter Materiarum.

EDITIO NOVISSIMA.

LVGDVNI,
Sumptibus IOANNIS ANTONII HVGVETAN, & GVILLIELMI BARBIER.

M. DC. LXVIII.

CVM PERMISSV SVPERIORVM.

PETRVS
BARBOSA
IVRECONSVLTVS
LVSITANVS,

AD CANDIDVM LECTOREM.

PER viginti annos in celebri Luſitaniæ Conimbricenſi Academia publici Lectoris munere functus, & multos Iuris ciuilis Titulos interpretatus, non ſine diligentia & nomine, multorum perſuaſionibus & precibus coactus, eas decreui publicare, & typis committere: & quia ſciebam in Titulo *ff. Soluto Matrimonio*, multa contineri ſubtilia & vtilia, & in praxi quotidiana, viſum eſt ab illius interpretatione initium facere. Cùm autem in eo multæ & diuerſæ materiæ neceſſariò erant pertractandæ, quæ paucis chartis concludi non poterant, hanc tractationem in duos diuiſi Tomos, in quibus ſpero, quòd multa inuenies, & ſumma diligentia excogitata & reſoluta, & quamuis non tantùm mihi arrogem, vt omnia ſperem tibi placitura, tamen deprecor, vt omnia candidè & benignè accipias, conſiderans non omnes poſſe omnia, & aliquando bonum Homerum dormitare: ſic enim fiet, vt tua benignitate allectus, alia varia, quæ apud me latent, in manus hominum venire non reformidem, quæ ſpero tuis ſtudiis, tam in theoria, quàm in praxi aliquod iuuamen eſſe allatura.

Vale feliciter, & omnia bono & æquo animo dijudica & conſule.

PETRI BARBOSÆ LVSITANI,

IVRIS CIVILIS EMERITI INTERPRETIS IN INSIGNI Conimbricenſi Academia, & à conſiliis inuictiſſimi Philippi II. Hiſpaniarum, & Luſitaniæ Regis potentiſſimi;

COMMENTARIA AD TITVLVM ff. Soluto matrimonio, *quemadmodum dos petatur.*

SVMMARIA CONTENTORVM IN INTERPRETATIONE Rubricæ *ff. Soluto matrimonio.*

1 *Quid ſignificet dictio,* Infortiatum, *& quâ ratione id nomen huic volumini fuerit impoſitum.*
2 *Explicatio Alciati refertur, & reiicitur, & aliorum multorum.*
3 *Alia noua ponitur explicatio.*
4 *Quâ ratione primus tomus vocetur Digeſtum Vetus.*
5 *Verbum, vetus quid ſignificet?*
6 *Onera dotis, & matrimonio ſunt annexa.*
7 *Verbum,* Liber, *& verbum,* Volumen, *differunt.*
8 *Volumen quid propriè ſignificet?*
9 *Volumen ex accidenti poteſt ſignificare idem, quod liber, vel minus.*
10 *Codex idem ſignificat quod volumen.*
11 *Diuiſio Digeſtorum in tres tomos, noua eſt.*
12 *Continuatio librorum non eſt neceſſaria.*
13 *Ab etymologia nominum propriorum non deducitur argumentum.*
14 *Si quis vocatur nomine proprio alicuius, vtrum ex hoc ſolo præſumatur eſſe eius filius.*
15 *Per quos actus quis conſtituatur in quaſi poſſeſſione filiationis.*
16 *Latè agitur de intellectu* l. vxorem infrà de manumiſ. teſtamento.
17 *Confeſſio matris facta in iudicio, quod quis ſit eius filius probat filiationem.*
18 *Natus ex vxore poſt diuortium, non præſumitur mariti filius.*
19 *Si mater denunciat intra triginta dies à diuortio, ſe prægnantem eſſe, & maritus reſpondeat, eam ſe prægnantem non eſſe, quatenus filio præiudicetur.*
20 *Quæ fuerit ratio dubitandi in caſu* d. l. vxorem, inf. de manumiſ. teſtament.
21 *Si conſtat, filium eſſe conceptum conſtante matrimonio, præſumitur mariti filius, etiamſi naſcatur poſt diuortium.*
22 *Filius expoſitus, quando habeatur pro vulgo quæſito?*
23 *Ex nomine familiæ vrgentior colligitur præſumptio, quàm ex nomine proprio.*
24 *Ablatiui abſoluti important conditionem.*
25 *Verba legis futurum reſpiciunt.*
26 *Ablatiui abſoluti non ſemper reſoluuntur in conditionem.*
27 *Iureconſulti libris aliorum Iureconſultorum ſolebant notas addere.*
28 *Et quid in his notis ſolebant facere?*
29 *Diſcutitur intellectus* l. à teſtatore, infrà, de condit. & demonſt.
30 *Dictio,* vt, *quando modum importet.*
31 In dict. l. à teſtatore, *apertè probatur, fideicommiſſum eſſe conditionale, quidquid multi cauillentur.*
32 *Legatum extinguitur morte illius, in cuius perſona conditio erat adimplenda.*
33 *Circa quod tamen elegans aſſignatur reſolutio.*
34 *Conditio importata per ablatiuos, non impedit tranſmiſſionem in contractibus.*
35 *In caſibus, in quibus conditio in contractibus impedit tranſmiſſionem, facilius etiam admittitur, quàm in vltimis voluntatibus.*
36 *Quando ille, qui promittit ſub conditione poteſtatiua, eſt aliquid accepturus, non impeditur tranſmiſſio in contractibus, & tamen impeditur in vltimis voluntatibus.*
37 *Modus non impedit tranſmiſſionem ad hæredem, & quæ ſit ratio.*

DN. PETRI BARBOSÆ LVSITANI,

IN SVPREMO PORTVGALIÆ SENATV CONSILIARII,
Et in Conimbricenſi Academia Iuris Cæſarei Primarij,
ac emeriti Interpretis;

DE MATRIMONIO,

ET PLVRIBVS ALIIS MATERIEBVS,

In Tit. ff. SOLVTO MATRIMONIO QVEMADMOD. DOS PET.
Magiſtrali Commentario explicatum incidentibus;

CVM ALLEGATIONIBVS DISTINCTIS, CARACTERVM VARIETATE, & diſcurſu ad ſingulas leges, ſectionibus bene ordinatis, lectoris ſubleuandi gratiâ excuſus,

TOMVS SECVNDVS.

Acceſſit præterea duplex Index, alter Legum ex Profeſſo explicatarum; alter Materiarum.

EDITIO NOVISSIMA.

LVGDVNI,
Sumptibus IOANNIS ANTONII HVGVETAN,
& GVILLIELMI BARBIER.

M. DC. LXVIII.

CVM PERMISSV SVPERIORVM.

PETRVS BARBOSA IVRECONSVLTVS LVSITANVS,

AD CANDIDVM LECTOREM.

PER viginti annos in celebri Luſitaniæ Conimbricenſi Academia publici Lectoris munere functus, & multos Iuris ciuilis Titulos interpretatus, non ſine diligentia & nomine, multorum perſuaſionibus & precibus coactus, eas decreui publicare, & typis committere: & quia ſciebam in Titulo *ff. Soluto Matrimonio*, multa contineri ſubtilia & vtilia, & in praxi quotidiana, viſum eſt ab illius interpretatione initium facere. Cùm autem in eo multæ & diuerſæ materiæ neceſſariò erant pertractandæ, quæ paucis chartis concludi non poterant, hanc tractationem in duos diuiſi Tomos, in quibus ſpero, quòd multa inuenies, & ſumma diligentia excogitata & reſoluta, & quamuis non tantùm mihi arrogem, vt omnia ſperem tibi placitura, tamen deprecor, vt omnia candidè & benignè accipias, conſiderans non omnes poſſe omnia, & aliquando bonum Homerum dormitare: ſic enim fiet, vt tua benignitate allectus, alia varia, quæ apud me latent, in manus hominum venire non reformidem, quæ ſpero tuis ſtudiis, tam in theoria, quàm in praxi aliquod iuuamen eſſe allatura.

Vale feliciter, & omnia bono & æquo animo dijudica & conſule.

PETRI BARBOSÆ LVSITANI, I. C.

COMMENTARIA AD TITVLVM

ff. Soluto matrimonio, quemadmodum dos petatur.

SVMMARIA.

1 *Verbum* culpa *duobus modis accipi poteſt.*
2 *Intereſt Reipublicæ delicta puniri.*
3 *Quæ dicatur lata culpa.*
4 *Lata culpa dolus non eſt, quamvis illi æquiparetur.*
5 *Refertur nova opinio* Bart. *in hac materia, & reiicitur.*
6 *Item & alia nova opinio* Zaſij.
7 *In quo differat dolus præſumptus à manifeſto.*
8 *Defenditur, latam culpam ex ſe dolum non eſſe.*
9 *In delictis appellatione doli non venit lata culpa, etiamſi civiliter agatur.*
10 *Contrarium tamen defenditur.*
11 *Explicatur regula* l. agitur, §. poteſt. inſt. de liber. cauſa.
12 *Errans in iure, cenſetur eſſe in lata culpa.*
13 *Qui non inquirit de eo, quod inquiri debuit, cenſetur eſſe in lata culpa.*
14 *Qui errat in iure, videtur eſſe in quodam medio inter bonam, & malam fidem.*
15 *Iuris error non præſumitur, & eum allegant incumbit onus probandi per probationes, & non per proprium iuramentum.*
16 *Iuris error nunquam excuſat, ſi non fuerunt conſulti peritiores.*
17 *Qui conſuluit mediocriter peritos, excuſatur à lata culpa.*
18 *Expenditur* §. 1. Inſtit. vi bonorum raptorum.
19 *In materia* l. ſi quis in tantam, C. unde vi, *ſufficit quæcunque culpa.*
20 *Minor, & ruſticus non excuſantur propter iuris errorem, ſi non conſuluerunt peritiores.*
21 *In prohibitis iure naturali, error iuris neminem excuſat.*
22 *In pœnis corporalibus lata culpa non æquiparatur dolo.*
23 *Pro delicto commiſſo culpa levi, vel leviſſima, non imponitur pœna corporalis.*
24 *In cauſis infamiæ lata culpa æquiparatur dolo.*
25 *Si quid addatur latæ culpæ, dolus inducitur præſumptus.*
26 *Videtur eſſe in dolo, qui, ſalvis ſuis, amiſit res alienas.*
27 *Contrarium tamen defenditur.*
28 *Explicatur* cap. bona fides 2. de depoſito.
29 *Et declarantur verba illius text.*
30 *In quo differant contractus bonæ fidei, & ſtricti iuris.*
31 *Quis tenetur de lata culpa, etiamſi in ſuis rebus eadem utebatur.*

32 *Explicatur ratio* §. Præterea 3. Inſt. quib. mod. re contrahitur oblig.
33 *Dolus præſumptus regulariter idem operatur, quod verus.*
34 *Ob latam culpam poteſt in litem iurari.*
35 *Quæ dicatur levis culpa, & leviſſima.*
36 *Explicatur* l. in rebus, 18. ſup. de iure dotium.
37 *Agitur de intellectu* l. ſocius ſocio, 72. ſup. pro ſocio.
38 *Nové expenditur* §. fin. Inſt. de ſocietate.
39 *Explicatur ratio* d. l. ſocius ſocio.
40 *Licet unus ſocius in rebus communibus utatur exacta diligentia ſufficit alterum uti communi diligentia.*
41 *Explicatur* l. ſi conſtante 24. §. ſi maritus 1. inf. eod.
42 *In ſocietate incidenti, de qua culpa teneatur ſocius.*
43 *Quando gerens negotia aliena teneatur de leviſſima culpa.*
44 *Quando competat actio negotiorum geſtorum.*
45 *Culpa obiicienda debet eſſe certa, & limitata, non autem generalis.*

Præludia ad interpretationem L. Si mora,

IS Textus etiam pertinet ad materiam fructuum dotalium, & agit de fructibus ſatis, & perceptis per maritum ſoluto iam matrimonio, & etiam de illis, quos ipſe culpa & negligentia ſua non percepit. Item tractat, quid operetur mora mulieris, quæ res dotales ſibi oblatas recipere noluit: probatque quod licet etiam, ſoluto matrimonio, maritus teneatur fundum dotalem colere, & alias obligetur ad fructus percipiendos. *l. videamus. 38 in princ. ſup. de uſur.* ubi gl *verbo Ratio*, & Salyc. rationem reddunt: tamen ſi maritus ſoluto matrimonio obtulit fundum dotalem uxori, & illa noluit recipere, ab eo tempore poteſt maritus fundum dotalem negligere, neque tenebitur de fructibus percipiendis: extollit Alex. *conſ. 47. n. 6. lib. 1.* eſſque text. elegans, & qui alibi non reperitur, tractans de effectibus moræ inductæ ex parte creditoris, ut hic tradunt Paul. Claud. Iaſ. & Zaſi. *in princ.* Nam effectus moræ, quos congerit gl. *l. mora. 32. ver. difficile. ſup. de uſur.* & gl. in. *l. quod te. ſup. ſi certum petatur.* reſpiciunt debitorem moroſum: cæterum de effectibus moræ, quando ea intervenit, ex parte creditoris, ſolus is text. agit. Quoniam autem *in hoc text.* duæ materiæ inculcantur, ſcilicet, culpa, ſive negligentia

mariti